

EXEMPLAR X

IDIBVS DECEMBRIBVS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS

RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:
(quotannis)

In Helvetia	Fr. 8.80
In Germania	DM 14.50
In Austria	öS 90.--
In reliqua Europa	Fr. 15.--
In terris trans maria sitis	Fr. 8.80*

*et pretium
mittendi

Speciminis exempla gratis
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus
Thomas Wichtermannus
Heinz Hürzeler

Impressum et acceptio rerum
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographum:
Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:
Societas Helvetica institu-
torum pecuniariorum SHIP

Cento:
RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den
Lehrern und Studierenden
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:
(jährlich)

Schweiz	Fr. 8.80
Deutschland	DM 14.50
Oesterreich	öS 90.--
übriges Europa	Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80*
*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann
Thomas Wichtermann
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:
Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:
Schweizerische Bankgesell-
schaft SBG

Konto:
RVMOR VARIVS 806.134 J1A

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.

Mox aderit dies, quo die Cristiani ortum filii
Dei celebrabunt, quo die dona familiaribus ami-
cisque donabuntur, quo die carmina laeta a li-
beris canentur, quo die multa dentibus nocentia
crustula edentur. Studiosis nostrae scholae hoc
erit etiam tempus feriarum hibernarum, quod fi-
nem anni designat. Spero annum praeteritum quam
plurimis vestrum felicem fuisse; opto, ut etiam
annus adventurus MCMLXXIX omnibus felix fiat,
imprimis ut ii, qui in schola nostra proximo an-
no maturitatem consequi velint, hanc finem at-
tingant! Nos omnes autem cum in pace viventes
ortum Cristi celebrabimus tum illorum hominum
infeliciam toto in orbe terrarum habitantium
memores simus, sive vi alicuius tyranni oppressi
sint sive vitam in aliquo carcere demissi inno-
centes degant sive fame laborent sive morbo gra-
vi crucientur. Et his omnibus maestis annus ad-
venturus felicior fiat praeterito!

Quae ad nostrum libellum RVMOREM VARIVM perti-
nent: Spero eum omnibus linguae Latinae peritis
etiam futuris temporibus semper cariorem fieri!
Nos redactores scimus hoc fieri non posse nisi
amplius etiam graves partes in RVMORE VARIO pub-
licentur, "quae cum antiqua tum nova suaviter des-
cripta praebeant et maxime de rebus praesentibus
sive ad rem pertinentibus seu ad litteras artes-
que spectantibus agent", ut nobis amicus noster
Marcus Seiler, qui Ftanis RVMORE VARIO se delect-
tare solet, iam superiore mense scripsit. Quam
ob rem nos redactores maximam operam dabimus, ut
libellus noster omnibus gaudio sit non modo quia
Latine loquatur sed etiam quia ipse et arte philo-
logiae et rebus omnibus legentibus iucundis com-

pleatur. Quod reliquum est: Placetne vobis praesens exemplar RVMORIS VARIII rubro colore indutum? Si quis vestrum censeat diversum colorem aptiorem esse ad nostrum libellum, nobis scribat sententiam suam! Colorem non iam mutabimus nisi erit desideratum a vobis legentibus.

DIES NATALIS CHRISTI VOBIS FELIX FAVSTVSQVE SIT!
FELICEM ANNVM FVTVRVM MCMLXXIX OMNIBUS!

Valete!

Ulricus Aeschlimannus, redactor

DE COFFEA

Frutex coffeae planta magni momenti pro negotia locorum calidorum est. In natura libera altitudinem VI- VIII metrorum attingit. Sed in locis conitis truncus circa in altitudine II metrorum sectus est, ut messis faciliora sit. Flores coffeae albi sunt, solum paucas horas florent et vento aut insectis fecundi redduntur.

Poma coffeae cerasis similia sunt. In omni ceraso II semina inventa sunt. Haec siccata et in saccis posita navigis in regiones nostras perveniunt, ubi tosta et mixta sunt.

Consuetudo bibendi extractum seminum coffeae in Europa anno MDCLXXXIII Viennis ab Osmanis oppugnatis orta est. Eodem anno primum deversoriolum coffeae conditum est.

Incolae Helvetiae ex Africa, America, Asia anno MCMLXXIII importabant LXMM (62000) tonnas coffeae. Sed solum XL (40000) tonnae in Helvetia consumptae sunt. Omnis persona VID grammas consumit; in officinis confectis XXMM (22000) tonnae coffeae in fines finitimas exportatae sunt.

Henricus Hürzeler

QVOMODO MOS ORTVM CHRISTI CELEBRANDI ET MOS ARBORIS DIE NATALI CHRISTI ORNANDÆ AD NOS VENERIT

Dies sollemnis ortus Christi primum Romae ante diem VIII. Kalendas Ianuarius celebratus est. Verisimile est hunc diem referendum esse ad diem festum brumae, qui temporibus antiquis eodem die celebratus "dies natalis invicti" appellatus erat. Inde hoc nomen facile in Christum transferri poterat.

Quomodo mos arboris candelis ornatuque die natali Christi ornandae ad nos venerit incertum est. Alii dicunt hunc morem originem trahere ex laureo vel ex olea, quibus Romani antiqui die festo brumae usi sint, alii putant hunc morem referendum esse ad diem festum brumae, quem Germani antiqui celebraverint arboribus in honorem deorum saluti plantarum consulentium erigendis.

Re vera autem hic mos in Germania ante saeculum XVII post Christum natum non invenitur; modo saeculo XIX. communis factus est.

Ulricus Aeschlimannus

a.d.VIII. Kalendas Ianuarius	am 25. Dezember
bruma, -ae, f.	die Sonnenwende
laureus, -i, f.	der Lorbeer (-baum)
olea, -ae, f.	der Oelbaum
candela, -ae, f.	die Kerze
ornatus, -us, m,	der (Weihnachts)- schmuck

PROVERBIA ET DICTA

quae comparari inter se possunt

PLENVS VENTER NON STVDET
LIBENTER

ein voller Bauch stu-
diert nicht gern

PECTVS EST, QVOD FACIT
DISERTVM (DISERTVS)

wes das Herz voll ist,
das geht der Mund über

OMNE PRINCIPIVM GRAVE

aller Anfang ist schwer

OMNE TRINVM BONVM (PER-
FECTVM)

aller guten Dinge sind
drei

NVLLA REGVLA SINE EXCEP-
TIONE

keine Regel ohne Aus-
nahme

NON SCHOLAE SED VITAE
DISCIMVS

nicht für die Schule,
sondern für das Leben
lernen wir
Ehre hat Last

HONOS HABET ONVS

DE MORTVIS NIL NISI BO-
NVN (BENE)

von den Toten soll man
nur Gutes reden

ERRARE HVMANVM EST

Irren ist menschlich

FESTINALENTE!

Eile mit Weile!

MANVS MANVM LAVAT

eine Hand wäscht die
andere

DIMIDIUM FACTI, QVI COE-
PIT, HABET

frisch gewagt ist halb
gewonnen

SIMILIS SIMILI GAVDET

gleich und gleich gesellt
sich gern

QVOT HOMINES, TOT SENTEN-
TIAE

wie viele Menschen, so
viele Meinungen

QVAE NOCENT, DOCENT

SVVM QVIQVE!

durch Schaden wird man
klug
Jedem das Seine!

VERBA DOCENT, EXEMPLA
TRAHVNT
REPETITIO
REPETITIO MATER STVDIO-
RVM EST

Worte belehren, Beispiele
reissen hin

Wiederholung ist die Mut-
ter der Studierenden

PRINCIPIIS OBSTA!

Wehre den Anfängen!

MARGARITAS ANTE PORCOS

Perlen vor die Schweine
(werfen)

SERIS VENIT VSVS AB AN-
NIS

Alter gibt Erfahrung

QVILIBET FORTVNAE SUAE
FABER

jeder ist seines Glückes
Schmid

SVPERBIENTEM ANIMVS PRO-
STERNET

Hochmut kommt vor dem Fall

TEMPVS IPSVM AFFERT CON-
SILIVM

kommt Zeit kommt Rat

QVI TACET CONSENTIRE VI-
DETVR

wer schweigt, scheint zu-
zustimmen

QVOD TIBI FIERIS NON VIS,
ALTERI NON FECERIS

was du nicht willst, das man
dir tu, das füg auch keinem
andern zu

QVALIS REX, TALIS GREX

wie der König, so die Herde

QVALIS VIR, TALIS ORATIO

wie der Mann, so die Rede

POST MALAM SEGETEM SEREN-
DVM EST

nach der schlechten Ernte
muss man dennoch wieder säen

MISERICORDIA EST VITIUM
ANIMI

Mitleid ist der Fehler des
Herzens (allzu gut ist dumm)

MENS AGITAT MOLEM

der Geist bewegt die Materie

Hic ea sequuntur, quae in libello VIII (Poeta vates et sceleris vestigia nostri) inceptae sunt:

VENIET PVER SALVATOR MVNDI. QVI PVER EST, DE QVO APVD VIRGILIVM SCRIPTVM EST EVM SPEM HOMINVM FVTVRVN ESSE? CIRCITER TRIGINTA ANNOS POST REX IVDAEORVM NATVS EST. VIRGILIVSNE PRIMVS CHRISTIANVS AVT PROPHETA FVIT? MINIME. NON ABEST SVSPICIO HAEC: CARMEN LAVS PRO ALIQVO FILIO AVGVSTI AVT FAMILIARI COMPOSITVM EST.

Thomas Wichtermannus

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

1	R	U	2	D	3	I	4	M	5	N	6	T	U	M	
U			7	I	B	I				I			R		
8	M	9	A	L	I	S			10	S	I	B	I		
12	O	R	A			13	T	14	U	I			15	S	I
16	R	A	B	I	E	S			17	A					D
I		A				18	R	19	U	I	N	A	E		
20	S	21	I	T			22	I	S	T	I				M
		R							23	E	M	I			
25	N	A	26	T	U	M			27	R	A	T	28	A	
29	O	T	I						30	A	U	T	E	M	
31	V	A	R	I	32	I			33	M	U	R	O		
34	A	M	O			35	D	I		S					

primum praemium:

Frau Pat Penschel
8542 Wiesendangen

secundum praemium:

Herr Alan Witztum
8702 Zollikon

tertium praemium:

Herr Werner Hügi
4059 Basel

1	H	2	O	3	M	4	O
2	O	L	E	I			
3	M	E	N	E			
4	O	I	E	I			

Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:

Ich bestelle RVMOR VARIVS als Geschenk für jemand andern:
(Mit Rechnung an obige Adresse)

RVMOR VARIVS

Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:

1		2		3		4	5	6	7
					8				
9			10		11				
12						13	14	15	
16					17			18	
					19		20		
21			22		23	24	25		
							26		
27					28			29	
								30	
31									

RVMOR VARIVS

Postfach 883

CH- 8050 Zürich

EXEMPLAR X

IDIBVS DECEMBRIBVS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS
